



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis marcello [et] Apulco martyribus. Cap[itulum]. xxx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

antiochus sibi presentari: eosq; ad deorum sacrificia hortabatur. Cum autē omnia idola demonia dicerent: et omnino sacrificare cōtemnerent: iratus preses iussit Sergium in carcerem recipi. Bacchū hō neruis crudis a quattuor sibi vicissim succedentibus tam diu cedi: donec ipsum voce de celo vocante spiritū exhalauit. Eius corpus mādauit extra castrum proijci: vt a feris deuoraretur. Tunc ferarū multitudine ad ipsum accurreret: aues desuper voltantes rostro et vnguibus bestias percutientes: nō permittebant corpus ab eis tangi: quod noctu quidam christiani rapientes: in quadam spelūca sepelirent. **S**ergius hō hec audiens bacchum in carcere desebat: quia eo relicto ad gloriam properasset: cui sequenti nocte bacchus apparuit in facie splendidus et habitu militis indutus: sociumq; confortauit: et de proximo se securam predixit. Quem et custodes carceris conspexerunt: et que sibi dixerat: mane a sergio audierunt: vnde et plures conuersi sunt. Sequenti die sergius produxitur: et ad castrum syrum post antiochum vinculis trahitur. Et cum ibidem stantius permaneret manibus ligatus: et clauibus in pedibus configitur: sicq; cōstitus ante carrucā presidis currere compellitur vsq; ad castrum retrapyrgū: quod. ix. milibus a castris syro distabat: vbi in carcere iterum positus per noctem angelica colloquutione: ac visione cōfortatur: et pedibus sanus efficitur. Quod cum preses Antiochus mane cerneret: indignatus iterum mandauit Sergium pedibus coruinis indutum ante redam suam pertrahi vsq; in castrum ruzaffatan: quod nouem similiter miliaribus a retrapyrgo distat: in quo loco pro tribunali sedens: sergium sacrificare nolentē gladio animaduerti precepit. Ad cuius martyriū tam homines loci: q; bestie agri conuenerunt: qui voce celicā vocatus extra castrū decollatus est: locus autē in quo sanguis eius effusus est: magnam voragine fecit: et cruore omnem suscepit: et sic deinceps in testimoniu eius passionis vorago permansit: cuius corpus in ipso loco a christianis sepultum est: edificata desup nobilissima crypta. **P**ost aliquod tps christiani quidam de castris syro venerunt: vt corpus Sergii tollerent: et cū bacchū sepelirent. Sed cū nocte illud auferre vellent: ignis maximus circa locum accensus est: que illi de castris ruzaffatā videntes: et hostes illos esse putantes: qui igne accendissent: vt domos extra castrū exurerēt: armati egressi sunt: et eos qui corpus auferre voluerant: inde effugauerūt. Nūc autē iporum amboꝝ martyrum corpora veneris esse creduntur in ecclesia cathedrali beati petri apostoli: sub cuius crypta in arca marmorea venerantur. Passi sunt autem non. octobris.

De sanctis marcello et Apuleo martyribus. Cap. xxx.



Arcellus et

apuleus martyres apud urbē romam passi sunt sub nerone nis persecutione. Quisquidē primo symoni mago adheserunt: sed videntes mirabilia: que dominus operabatur per apostolum suum petrum: relicto symone apostolice doctrine tradiderunt. Et post martyrium apostolorum pro confessione christi et ipsi decollati: au restano consulari viro sententiam ferente: eorum nam martyriū perceperunt: sepultiq; sunt non longe ab urbe roma. non. octobris.

De sancta Iulia virgine et mar. Cap. xxxi.



Alia vir

go et marty: passa est apud provinciam augustanā: q; de enfracia. Que a preside imp̄ssimo martiano cōprehensa iubetur idolis immolare. Tunc sacrificare contēpser: post diuersa tormētorum genera sp̄i illata: nouissime gladio iussu eiusdē presidis iugularur. Sicq; cursum gloriosi martyrii consumauit nonas octobris: vt ait ad in martylogio suo.

De sancta iustina virgine et mar tyre. Cap. xxxii.



Iustina vgo

apud ciuitatem parauinā passa est sub martiano rege. Que fuit filia regis vitaliani et regine p̄pedine: quos beatus prosdocimus episcopus ad christum conuertit: et iustina sacro fonte renata diuinis litteris erudit: vt dicitur infra in eius legēda. vii. idus nouembris. Nec defunctis parentibus: dum inter generosas feminas ventalium partibus in sua quoq; patria parauini moraretur. Maximianus rex: vitaliani successor: mediolano ventens ad parauinam urbē. Iussit sibi in cāpo martio tribunal parari: vt illic sanctorum dei discursus penitus afficeret: aut compelleret immolare. Cū autē beata iustina de suo patre ascendo vehiculo: ad visitandos dei famulos properaret: vidēs q; maximianus milites eā persequerentur: fugere cepit: arbitrans q; occasione stupri eā cōprehendere vellent: et cū in angustis pontis curui: qui ex marmore cōstructus p̄ ciuitatem eam cōcluserat: descendēs de reda: